



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CHRISTI
895.

chiepiscopi, cuius suffraganea prius erat Brema, super his Romanum nuntios ad sanctissimum papam direxit Nicolaum. Ille vero, quod ecclesiastica necessitas persuasit, & quod patrum consilii fieri posse comprobatum est, facile consensit. Ergo Bremensem ac Hamburgensem episcopatum apostolica auctoritate copulari, & deinde pro uno sanxit haberet. Idem etiam Nicolaus papa, tam ipsum Anscharium, quam successores eius legatos & vicarios apostolice sedis constituit in omnibus gentibus Dano-
rum, Sueonum & Sclavorum, quod & antea Gregorius papa concessit.

Triburia
qua &
qualis.

^b Triburiense.] Sic dictum a Triburia, quam Trithemius in chronicō Hirsaugensi sic describit: *Triburia villa regia non longe a Moguntiaco super Rhenum, que modo deserta nullum pristini honoris vestigium tenet, preter muros castelli dirutos. Est autem inter Oppenheim & Moguntiam per Rhenum descendantibus ad manum dexteram, locus ubi quondam hec villa imperialis cum castro & monasterio pulcherrima sita fuerant, pauculas modo habens domunculas rusticorum. Et Lambertus Schaffhaburgensis: anno 1077. Principes Suevie & Saxonie Triburiam conuenerant, &c. rex Henricus contractis in unum sue partis assertoribus, in villa qua dicitur Oppenheim se continebat, Reno fluvio utraque castra dirimente. Male in catalogo curiensum, inquit Serarius, in Theodolpho Bruschius, Triburgense prope Moguntiam. Peius qui corrigit Triburgense. Est alioqui Triburgum in VWestphalia, in annalibus Pithœi saep villa Tribuere. Regino Triburias vocat & Sigebertus. Est pagus quidam hodie modicus in orientali Rheni latere, nomine tamen antiquo Tribur & Trevr, in quo quatuor aut quinque tempula, in quibus & sancti Albani unum fuerunt. Plura vide apud Serarium historiæ Moguntinæ libro primo capite 33. vbi triplici de causa hoc inter Moguntina Concilia refert.*

^c Imperatore Arnulpho.] De imperatore Arnulpho vide quæ dixi supra in vita Formosi papæ.

^d In memoriam.] Hoc capitulum est unum ex viginti tribus illis legibus, quas pro reformatis moribus subditorum suorum auctoritate sedis apostolicæ per episcopos regni sui, ut supra diximus, editit Carolus Magnus; quasque Sigonius libro quarto de regno Italæ leges Mutinas appellauit. Vide Baronium anno 801. numero 10.

CONCILIVM NAMNETENSE. TITVL CI CANONVM.

- I. *De alterius parochiano, & de discordantibus ad Missam non recipiendis.*
- II. *Quod alterius parochianum itineris vel placiti causa recipere ad Missam liceat.*
- III. *Vt sacerdos in domo sua femi-*
- nas non habeat, ne illas quidem, quas Canones concedunt: & vt femina ad altare non accedant.
- IV. *De visitandis infirmis a presbytero.*
- V. *De infirmis qui confitentur pec-*

ANNO
CHRISTI
...
m nun-
ecclisia-
robatum
copatum
ri. Idem
s eiusle-
Dano-
concepit.
in chro-
e a Mo-
ris vefi-
beim &
n, locus
lcerima
amber-
Saxonia
suepar-
keno flu-
quit Se-
n. Peius
malia, in
ocat &
henila-
or aut
ura vi-
; 33, vbi
ux dixi
bus illis
n auto-
us, edi-
o Italiz
010.

NSE.

las qui-
cedunt:
non ac-
s a pre-
turpe-

- cata sua, & se reconciliari expo-
scunt.
- V I. Ut pro sepultura nihil exige-
tur, & ut in ecclesia nullus se-
peliatur.
- V II. De clericis alterius parochia
non ordinandis.
- VIII. Ut nullus presbyter plures
ecclesiast habere presumat.
- IX. De eulogis populo dandis a
presbytero.
- X. Ut de decimis quatuor fiant por-
tiones.
- XI. De examinandis iis qui sacros
ordines accepturi sunt.
- XII. De pœnitentia adulterii.

- XIII. De pœnitentia fornicationis.
- XIV. De pœnitentia eorum, quo-
rum alter est coniugatus.
- XV. De quibusdam confraternita-
tibus.
- XVI. Ecclesia vacans non est per
ambitionem petenda.
- XVII. De pœnitentia homicidii vo-
luntarii.
- XVIII. De pœnitentia eius qui non
volens fecerit homicidium.
- XIX. Ne femina publicis conuenti-
bus ac placitis se immisceant.
- XX. De quodam cultu superstitio-
so abolendo.

CANONES.

I.

VT dominicis & festis diebus presbyteri, ante-
quam Missas celebrent, plebem interrogent,
si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio
contempto presbytero ibi Missam velit audire.
Quem si inuenerint, statim ab ecclesia eiiciant, &
ad suam parochiam redire compellant. Similiter
interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter-
se litem implacabilem habeant. Et si inuenti fue-
rint, statim reconcilientur. Quod si renuerint pa-
cem suscipere, ab ecclesia eiiciantur, vsquequo ad
caritatem redeant. Non enim possumus munus vel
oblationem ad altare offerre, donec prius fratri re-
conciliemur. His ita peractis, sacerdotes Mis-
sorum solennia rite peragant.

II.

Vt nullus presbyter alterius parochianum, nisi
in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Mis-
sam recipiat.

Qqqq iij

